

Johann Culov Kaspar Movius

Disputationum Logicarum I. De Natura Logicae

Rostochii: Richelius, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729073505>

Druck Freier  Zugang



J. Culovius.
R. U. phil. 1608.



J. Calovius
R.U. phil. 1608

DEO LAUCE ET

Auspice

LVII

Disputationum Logicarum

I.

DE NATU-
RA LOGICÆ.

Quam ad privatam cognitionem

SUB PRÆSIDIO

M. JOHANNIS CULOVII
Pentelinensis Megap.

Defendam suscipiet VI. Febr. horis
& loco solitis,

CASPARUS MOVIUS Parch. Megap.



LVII

ROSTOCHII,

Excudebat JOHANNES RICHELIVS?
ANNO M DC VIII.

Consultissimis, spectatissimis, Do-
ctissimisque viris,

Dn. D. JOANNI Schwartzem, Reip. Parsh.
Consuli, J. C. & Syndico,

Dn. ANTONIO Grundgrifhern, Sena-
tori ibidem dignissimo,

Dn. JOACHIMO HINTZPETERO,
civi ibidem primario.


Amicis & Meccenatibus summā ani-
observantiā colendis

has theses

consecrat

dicatq;

CASPARUS MOVIVS Resp.





THEMATA.

I.



ΔΑΙΔΑΣΚΑΛΙΑΝ LOGICES SUM-
moperè necessarium est, cum pro meliori
rei cognitione, tum faciliori Logices ad
usum accommodatione, ἐλεγχον ejusdem
adjicere, nam utilitatem ἐλέγχων lib. 3.

Rhet. ad Theodecten Arist: his verbis commendat: *πα-
ράλληλα γὰρ μάλλον τὰν αὐτῶν γινώσκονται*; Tranquillum ut igitur
certamen hoc incamus, & finiamus, Deus fortunet.

II.

In prima enim disputatione naturam Logices sumus
proposituri, ut videre liceat, quid in Logices sit expe-
ctandum.

III.

Non enim naturalem illam Logicam sive instructum
naturæ putamus, quæ est facultas inter verum & falsum
qualitercunq; discernendi, sed artificiosam intelligimus,
quæ à summis viris magno labore & sudore, præsertim
verò ab Aristotele in præcepta redacta est.

IV.

Nullius rei natura melius alicundè cognosci potest,
quam ex definitione perfectâ, quæ constat genere & dif-
ferentiâ, ut igitur talem Logices definitionem inquirā-
mus, sedulo nobis incumbendum erit.

V.

Logicæ enim genus constituimus habitum instru-
menta-

A 2

talem quippe cuius naturam & essentiam non tam in-
præceptis quam à *actione* & exercitatione mente compa-
ratâ consistere statuimus.

VI.

Habitus enim duplex est, alter intellectus, alter vo-
luntatis: Intellectus enim habitus verum appetit, Volun-
tatis bonum.

VII.

Logica autem non est habitus voluntatis, quia non
monstrat modum apprehendendi bonum, Ergo intelle-
ctus eum habitum esse necessè est.

VIII.

A Philosopho autem lib. 6. Eth. Nicom. cap. 3. habi-
tus intellectuales numerantur quinque, Ut sunt scientia,
intelligentia, sapientia, ars & prudentia. Quæstio igitur
est, num Logica sit unus habitus ex his quinque?

IX.

Resp. habitum intellectualem dividi in realem & in-
strumentalem: Et cum Logica monstrat modum tantum
cognoscendi verum (ut omnes sani iudicant) rectè eam
dicimus habitum instrumentalem.

X.

Distingunt etiam hos enumeratos habitus partim
res, quas tractant, partim fines, quorum gratiâ eorum
cognitio suscipitur.

XI.

Aristoteles in sexto Eth. cap. 3. duplices constituit res,
necessarias & contingentes. Necessarias, quæ sunt vel
per se non fiunt, vel quæ fiunt quidem, sed à naturâ per
certas causas contingentes quæ sunt in hominum pote-
state, ita ut aliter & aliter fieri potuissent.

XII.

Res necessariae sive aeternæ tres sibi requirunt habi-
tus

tus scientiam, intelligentiam, sapientiam. Contingentes
artem & prudentiam. Hi duo posteriores habitus fines ha-
bent effectiōnem & operationem, primitres solam co-
gnitionem finem sibi attribuunt.

XIII

Logicam ad illos habitus qui cognitionem solummo-
dò respiciant non pertinere manifestum est, quia illa non
in cognitione & contemplatione sed in notionibus secun-
dis occupata est, quæ sunt hominū figmenta; Nam enun-
tiationes, definitiones, divisiones, syllogismum, genera &
species nemo dixerit esse νοήματα πρώτα.

XIV.

Sunt autem πρώτα νοήματα nomina statim res per me-
dios conceptus animi significántia, ut animal, homo, seu
conceptus ipsi, quorum hæc nomina signa sunt. δεύτερα
vero νοήματα secundæ notiones sive intentiones sunt no-
mina his nominibus imposita, ut Genus Species & reli-
qua γραμματικὰ ut in Grammaticis est declinatio, compa-
ratio, conjugatio. In Musicis, Altus, Bassus, &c.

XV.

Notiones autem primæ et secundæ ex hac similitudine
intelligi possunt quam facillime: Primas notiones compa-
rato cum gnomone in scioterico: Notiones autem secun-
das cum umbra de gnomone sparsa: Vtrumque horam in-
dicat, sed stylus fundamentaliter et primariò, umbra secun-
dariò, quatenus à gnomone spargitur eamque affigurat.
Keckermannus in principio Systematis Logici.

XVI.

Logica vero ut & reliquæ disciplinae νοήματα δευ-
τερα non ea considerant, propter cognitionem eorum so-
lummodo, sed ut hæc instrumenta sint per quæ πρώτα νοή-
ματα disponant, distingvant, doceantque, quomodo aliud
ex alio consequatur.

A 3

Quæstio

XVII.

Quaestio porrò est utri parti Logicorum assentiendum sit, uel quæ dicat Logicam docentem esse instrumentum Philosophiæ, uel quæ affirmet Logicam utentem?

XVIII.

Resp. Logicam docentem rectè dici instrumentum & *χρησιν* Philosophiæ, nam Logica physica immixta non est amplius Logica, sed scientia Physica, nihilque aliud quam Physica Logicâ methodo tractata.

XIX.

Etsi autem de corporalibus instrumentis verum sit, quòd tunc tandem dicantur instrumenta, quando in usu posita sint, alia tamen est ratio de Logicâ, cum non sit instrumentum corporale sed spiritale.

XX.

De tribus habitibus intellectualibus Logica excepta fuit, num igitur sub arte vel prudentiâ comprehenditur?

XXI.

Prudentia operationem finem habet, sed Logica cognitionem potius & instrumenta cognitionis habet, Ergo prudentiâ non est.

XXII.

Sub artis etiam vocabulo non comprehenditur, quia artes effectiorem finem habent, & cum illa Logices finis non sit, ars etiam dici nequit.

XXIII.

Facultatis etiam nomen genus Logices rejicimus quia nimis latum est, cum *διναμικὴ ἀντὶ φάσεως* habet, qui facultate praeditus est, quod à Logicâ alienum est.

XXIV.

Concludimus igitur nullum aptius genus tribui Logice instrumento, seu habitu instrumentali, quo nos philosophiæ januas referemus, & cognitionem illius
nobis

nobis acquiramus; nam Logicus si aliquid præstare velit,
necesse est ut habeat instrumenta.

XXV.

Investigato genere, accedimus ad subiectum Logices
quod statuimus *νοήματα καὶ προτάσεις* lib. 3. Metaph. cap. 2. sed qua-
tenus ijs *νοήματα καὶ προτάσεις* seu secundæ notiones & inten-
tiones imprimi possunt.

XXVI.

Finem Logicæ duplicem constituimus; Internum &
externum, Internum Syllogismum; Externū veritatem.

XXVII.

Officium Logices ponimus in vocabulo *λογική* id est
benè differere, seu præstare omnia ea, quæ opera Logices
exigunt & demandant. XXVIII.

Vera igitur definitio Logices hæc est, quæ constat
genere & differentiâ è fine petita: quod sit habitus intel-
lectus organicus, quo verum à falso in omnibus discipli-
nis discernimus.

XXIX.

Dividitur autem in communem & propriam.

XXX.

Communis est quæ communia explicat & tribus ab Ari-
stotele libris absolvitur, libro *κατηγοριῶν περὶ ἑρμηνείας*, prio-
ribus Analyticis. Propria est, quæ speciatim agit de Syl-
logismo apodictico, dialectico & sophistico. Absolvitur
posterioribus analyticis, topicis, & sophisticis elenchis.

XXXI.

Divisionē Rameorum meritò rejicimus, qui dividunt
Logicam in Inventionem & Judicium, nam abutuntur u-
troque vocabulo, & quæ sunt formæ ad materiam re-
torquent.

XXXII.

Sed hæc satis in ingressu nostrarum disputationum de
Logices essentiâ, definitione ac divisione.

Corollaria.

Corollaria:

1. *An Logica eadem sit cum Metaphysica? neg.*
2. *An Logica citius possit addisci Ram. quam Aristotelis.*

AD Dn. CASPARUM MOVIIUM
RESPONDENTEM.


Dic mihi mi Movii, sitias cur flumina pulchra,
Atque bibas svaes Bellerophontis aquas?
Olim nimirum volitare per ora virorum,
Dectorum ut cupias, notus iisque fies:
Atq; tuæ fias patriæ decus urbis & orbis,
Et capias studij premia justa tui.
Hæc merces virtutis erit studijq; laboris.
Posteritas laudes & tua facta canet.

JOHANNES Von Rhenen Rostoch;

Cerberus ut latrans inferni limina servat,
Quæ non devicto. o. a non conceditur ulli,
Quæ liceat celsum cocyti visere flagnum:
sic Logica est custos, quæ servat limina cunctis
Artibus, hæc sine n. n. quisquam penetrabit ad illas,
Perge ita, ceu ceptas, CASPARE, hanc vince, lice-
Sic facil. cunctas artes superare labore. (bi)

Johannes Willebrandus junior
Rostochiensis.

1750



nobis acquiramus; nam Logicus si aliquid
necesse est ut habeat instrumenta.

XXV.

Investigato genere, accedimus ad finem
quod statuimus *νοησις* & *νεωσις* lib. 3. Meta
tenus ijs *νοησις* & *νοησις* seu secundae
tiones imprimi possunt.

XXVI.

Finem Logicæ duplicem constituimus
externum, Internum Syllogismum; Ex-

XXVII.

Officium Logices ponimus in vocabulo
benè differere, seu prestare omnia ea, quae
exigunt & demandant. XXVIII.

Vera igitur definitio Logices hæc
genere & differentiâ est sine petita: quod
lectus organicus, quo verum à falso in
tibus discernimus.

XXIX.

Dividitur autem in communem & propriam
XXX.


Communis est quæ communia explicat
stotele libris absolvitur, libro *νοησις*
ribus Analyticis. Propria est, quæ specia
logisino apodictico, dialectico & sophisti
posterioribus analyticis, topicis, & sophisti

XXXI.

Divisione Rameorum merito rejicimus
Logicam in Inventionem & Judicium, nam
troque vocabulo, & quæ sunt formæ ac
torquent.

XXXII.

Sed hæc satis in ingressu nostrarum di
Logices essentiâ, definitione ac divisione



the scale towards document